GREGORIUS MAGNUS
Admont, 12. Jh.
Seite 11v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26120
Copyright: Admont, Benediktinerstift

acceperat immolare. Cui mirari adinterrogationem bene respondentem. id est admissionem obedientiae dicit: nec cognoui qd times dnm. ut sic spiritum eius. temptat uos dnus ds uri. ut sciat si diligitis eum. Tempta re quippe dei est magnis nos iussionib' interrogare. scire quoq; eius est nram obedientiam nos facere. Aperiendo u nob' quedam. atq; clau dendo nos interrogat ds. sic p psalmista dicit: Palpebre ei interrogant filios hominum. Palpebris quippe aptis cernim' clausis nil uidem'. Quid g p palpebras dicit. n ei iudicia accipim'. que uerta aliquid clau duntur hominib' et uerta aliquid reserant. ut homines qui se nes ciunt. sibi metipsis innotescant. quatenus dum quedam intelligendo com prehendunt. quedam u cognoscere omnino nn possunt eorum corda se se latent inquirant. si illos diuina iudicia. et clausa nn stimulant. ut apta nn inflant. Hac enim paulus interrogatione plurim' est. qui post perpetam uirtutem sapientiam. post apta claustra paradysi. post ascensum celi tertii. post supne locutionis misteria. adhuc dicit. ego me nn arbitror com prehendisse. Et rursum. Ego sum minimus apstorum. q nn sum dignus uoca ri apls. Et rursum. Non qd sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nob. sed sufficientia nra ex deo est. Aptis palpebris dicit interrogat paulus recte respondit. qui et supna secreta attigit. et tamen in humi litate cordis sublimitem stetit. Cui rursum. cum secreta dei iudicia de repulsione iudeorum et gentium uocatione discuteret. atq; adea p uenire non posset. quasi clausis palpebris dei interrogatus est. Sed rectum ualde responsum redidit. qui deo se ipsa sua ignorantia scientem inclinauit dicens. O altitudo diuitiae sapientiae et scientiae dei. quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. et inuestigabiles uie eius. Quis enim cognouit sensum domini. aut quis consiliarius eius fuit. Ecce enim absconsis misterius quasi clausis palpebris inquisit placita ac recta respondit. qui secretum aditum pulsans quia p confessionem interiorem adinteriora nn ualuit. p confessionem ante ianuas hu milis stetit et quod intro comprehendere nn potuit. foris timendo laudauit. Unde nec quoq; beatus iob post interrogationem uerberis

nosse

ergo